



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangelio Dom. De fletu Christi super Ierusalem. Luc. 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

ritudo, zelus errantes animas ad Christam reducendi.

De externis actibus amoris perfectè exercendis.	} 6. p. med. {	II. VI.
De Incitamentis amoris Dei.		II. VII.

Dominica X. post Trinitatem.

10. Hebdom. post Trinitatem
I.

De fletu Christi super Ierusalem.
Luc. 19.

I. *V*idens Iesus civitatem fleuit super illam dicens: Quia si cognovisses quæ te deservibat pius Dominus non solum horrendum ingratae urbis excidium, sed æternum potius tot ingratorum Iudæorum, imò omnium peccatorum reprobatorum interitum; insuper summam eorum omnium cæcitatem, & stupiditatem, uti & tuam, & omnium tepidorum collatis talentis naturæ & gratiæ tam oscitanter vrentiam supinam ingratitude & socordiam; & quidem eò amarius flebat, quòd clarius omnia & singula omnium & singulorum peccata, & debita iisdem

Kk 3

cam

ram temporalia, quàm æterna supplicia, coram præuidebat. Quàm & tu amarè fieres, si hæc etate cognosceres, & serio expenderes. Contritio, compassio, zelus salutis animarum perentium.

II. *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt: & non relinquetur in te lapis super lapidem.* Horribilia sunt hæc à Christo prædicta, quæ omnia in excidio Hierosolymitano post quadraginta annos euenere: at quanto horribiliora sunt, quæ euenient proteruo peccatori absque penitentia descendenti, quem moriturum circumdabunt dæmones, & territabunt obiectis peccatis præteritis, nunquam expiatis, & pænis imminentibus coangustabunt, ad desperationem adigent bonis omnibus, quæ vnquam fecerint priuabunt: imò & illa, quæ euenient tepido seruo Dei serium in spiritu proficiendi studium de die in diem differenti, quem horrendè quoque tunc consternabit & coangustabit remorsus conscientiæ, insultus Sathanæ, timor gehennæ! quanto tandem horribiliora sunt, quæ manent reprobos in inferis.

inferno, & tepidos in purgatorio.
 Hæc qui pauet, cauet; qui negligit,
 incidit. Salutaris meus supplicij, fer-
 uor maturæ & seriæ conuersionis.

III. *Eò quod non cognoueris tempus visi-
 tationis tuæ.* En causa omnium isto-
 rum malorum temporalium & æter-
 norum, est cæcitas, & socordia in a-
 gnoscendo & amplectendo tempore
 miserendi & mærendi. O si pretium
 temporis visitationis tuæ & gratiæ ve-
 rè agnosceres, quàm sanctè singulos
 non modò dies, sed & horas & mo-
 menta impendere studeres, illud tibi
 continuè insufurrari existimans: *Non Eccl. 14.
 defrauderis à die bono, & particula boni
 doni non pratereat.* Seria cura temporis.

De electione duodecim Apostolorum. III.

Luc. 6. vers. 7.

I. *EXiit in monte, & erat perno-
 tans in oratione.* Si Filius Dei
 infinita sua sapientia omnia perspici-
 ens, cui Pater omnia cederat in ma-
 nus, totam noctem orationi impen-
 dit, & tam impensè æterno Patri ele-
 ctionem Apostolorum commenda-
 uit: quanto potiore iure nobis, ante
 quoduis opus anceps aut arduum ag-

K k 4

grey